Contentorum tam in parte quam in toto totis quoties opus fuerit ad solven-
dum succumbendis pro quibus quidem damnis Terminis simplicibus
taxandis modo praemisso ad solvendum succubitis ac re aliqua principali
ex contentis scripti praefati Manualis non completa complenda Citatis
existens mortuus Regnicolis Nobilis Petrus Terlecki Sarazak cum suis
posteris ad Instantiam Suprascriptorum Nobilium Ilnickich sive eorum
posteriorum ad officium praesens Castrensem Capitaneum Premisliensem extunc
recessu supradicto quoad respondendum spectat semper in primo Cit-
tionis Termino tanquam peremptorio stare Juri parere Respondere
damna praefata Terminis luere Inscriptionem huic satisfacere ac omne Judi-
catum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem
omnia obligat eundem Terminum primum peremptorium et alios omnes
exinde consequentes causa eiusdem Terminos semper peremptorios vera
Infirmitate per maiori Minorennitate Successorum Legione intra vel extra
Regnum Servitio militari ad Munimenta ad Quietorem vel alijsqui-
buscunque Dilationibus et Legalibus Impedimentis non differendo ad Qui-
etationem ultra proximos Terminos Officii praefati Castrensis Premisliensis Dila-
mentum sibi non recipiendo nullasque Rationes Appellationes ac earum Pro-
quationes faciendo ac praemissa omnia pro parte simplicibus vel triplicatis
Quaestionibus suspensionibus Fatalis Juris Prosecutione Termini Bello Con-
ventioneque ac aliis omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugi-
endo nec quovis modo evadendo Huic praesenti praenali Recognitione ad
praemissa omnia mediante.

Ilnicki Ilnickich Quietat.

Comparens praenaliter Coram Officio et Assessoribus praesentibus Castrensis Capitaneus
Premisliensis Nobilis Stephanus Ilnicki Luciyniec Olini Nobilis.
Iwan Ilnicki Sapieha Crudeliter interempti Frater germanus et
Successor legitimus sanus mente et Corpore existens a Terris di

1336.

315 Strictibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Compe
tentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneatus Premisliensis Jurisdicti
oni quoad Actum hunc attinet se cum successoribus ac Bonis suis ge
neraliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam
libere publice ac perexpressum recognovit Quia ipse eliberando Nobilem
Petrum Terlecki Sawczak ab onere statutionis sui Recognoscentis
ad approbandam Insertionem Quietatoriam per eundem Nobilem Petrum
Terlecki Sawczak Coram Actis Officii praesentis Sabbatho in Crastino
Festo Sancti Nicolai Pontificis Anno praesenti in personas Nobilium Les
Philipowicz dicti Truchowicz Tymko Senkow Pilipowicz Stephani
Filii eius Hrehorii Truchowicz Stephani Filii eius Ilko Kupieniec
Hrehorii Kupieniec Fratrum germanorum Fedko Kupieniec Hrehorii
Kupieniec eidem Fratrum germanorum tum Wasil Losiniec Hryi
Losiniec Fedko Losiniec Wasko Torymec Fedko Filii eius Hrehorii
Harka Andreae Toriniec Fratrum germanorum Lucae seu Olexa
Kutniowicz Semiani filiastri eius Andreae Hrehorii et Pauli Kunie
wiczow Fratrum germanorum Ilnickich facta et recognita Eandem
Insertionem Quietatoriam in toto et super omnia approbat Confirmat
et ratificat Eosdemque Supradictos Nobiles Ilnickich de eadem Causa
vacante Crudelis olim Nobilis Iuan Sapiha Ilnicki Fratris sui Reco
gnoscentis internationis ad Officium praesens Castrensem Capitaneatus Pre
misliensis instituta et intentata quietat emittit et liberos perpetuo pro
nuntiat Processumque omnem Causae praenominatae antecedentem et sub
sequentem in toto et per omnia Cassat mortificat et annihilat salva
nihilominus Poena publica cum eisdem tum et cum Caeteris Inculpatis
in Processu Causae Specificatis Processu toto Jure et Actione
ratione eiusdem Homicidii sibi et Cui de Jure Competerit pleno in
robore forma et stylo Juris reservatis Hac sua praesenti Personali Recogni
tione ad praemissa omnia Mediante.